



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Dorothea V. M. 6. Februarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

.Feb.
icere
rio.
vecto-
st, ad
rum;
s, Des

i.
rem,
pro-
os li-
nuit,
dissi-
picit.
ndo
imò
e ta-
vir-
velut
s je-
oga-
lite-
Pari
mni-
strâ,
d ju-
ocu-
olûm
gres-
idit,
vulos
c in-
unt;
hac

6.Feb. VITÆ SANCTORVM. 79

hæc alas addiderunt GELASIO parvulo , ut ad Christum curreret, non jam nescius in sinum parentis se currere. Nunc cur aliò festinare cernimus pueritiam? An forte Christus non clamat? ah! ecce hodie iterum clamat. Sed non audit pueritia. Aures Ulysses mundus obruravit. Ex Ferrar.

Intellige esse tibi genus è cælo, cuius pater habetur in cælo; Age ut sanctè vivendo sancto respondeas patri. Dei Filiū ille se probat, qui vitiis non obscuratur huma- nis, qui divinis virtutibus eluceat. S.Pet.Chrys.f.68.

S. DOROTHEA V. M. 6.Februarii.

DOROTHEA Cæsareæ pro Christo captiva captivos in triumphum Cupidinem & Tyrannum duxit. Expugnanda enim binis sororibus tradita, quæ datam Deo fidem prodiderant, tam fortiter decertavit, ut ambas ab impiis castris ad antiquam fidei stationē redire compulerit: atque hæ quidē prodigionis crimen sanguine eluerunt; ipsa vero victorias victoriis perrexit necesse, cruentas illas quidem, sed gloriæ plenas, ut quæ sciret nullam tam sposo Christo placere virginē, quam quæ suā, non alienā ruberet purpurā. Itaque cum faces lateri admoverentur, has illa nuptiales tædas credere; cum ad gladium citaretur, velut ad thalamum properare; inter lictores quasi paronymphos obambulare; ad supplicii denique locum, ut ad melioris cæli hortos ridere. Irrisit tam innocentem risum Theophilus quispiam, & è sponsi viridariis aut rosam sibi vernam, aut autumni munus pomum virginem poposeit. Promisit utrumque DOROTHEA, fidemque vix ingressa Elysios campos extemplò liberavit. Adebat lectissimus cælo Ephebus, & promissum Theophilo

D 4 codem

codem in calatho ver & autumnum offert. Miratur ille in hyeme rosas non flaccidas, miratur poma non marcida, miratur certantem cum munere suo muneris bajulum, & jam non contentus vidisse horti munera, ad ipsos hortos Christianus per omnia tormenta penetrare contendit, quæ quidem ille, ut spinas generosè calcavit, dum animo volveret, quales rosas quereret. *Ex Surio.*

Quid istud negligentia, quid pigritia, immo quid ve-
cordia est, ut non crebris suspiriis & ferventissimâ affe-
ctione abrumpere hinc, & in illa tam felicia agmina
jaculari animos studeamus? S.Bern.ferm.5.de om.SS.

S. AMANDUS EPISC. 6.Februarii.

Quid juventus, quid ætas virilis facis? Mundi & cum mundo patrem AMANDVS puer vicit, & cum Religioso negaturum se ille hæreditatem minaretur, amplam sibi hæreditatem suppetere in cælo respondit; caveret ipse parens, ne hâc excideret. Romam deinde ad D.Petri suppplex ivit. Hunc ibi in somnis vidit, & auctorem habuit Galliæ repetendæ. Sed & in puppi eundē tēpestate jactatus patronum conspexit. Jam Trajectensi insulā condecoratus cum reo, cui laqueo gula frangenda erat, servare precando apud immitemi judicem non posset vitam, ablatam certè precando apud Deum restituere potuit. Regis Dagoberti filium (Sigebertus fuit) cum fonti lustrico admoveret, precibusque Divi nemo verbum solemne Amen subjiceret, id ipse infans XL.tunc dies natus subjecit, unico verbo, & in AMANDI, & suas laudes factundus. Non nemo quòd famam AMANDI lacerasset, carnificem dæmonem sensit, suisque manibus laceratus oppetiit. Alii qui morte Divo

machina-

6.Feb.
mach
cum h
Femir
boren
antè h
Aldege
candi
verbis
fislet.
est , h
cum o
Milo .

Q
lumin
nitates
quere

S.

N
fectus
nec in
ejus S
genie
Quin
Rex M
PHO a
adhib
duco
bam I
afflaru
PHO F
(simu
tur) h